

SACRVM. SAECVLARE. QVINTVM
TEMPLI. COLLEGIATI. B. MARIAE. DICATI

A V S P I C I I S

AVGVSTISSIMI. POTENTISSIMIQVE. REGIS. BORVSSIAE

FRIDERICI. II. MAXIMI

DOMINI. AC. NVTRITORIS. NOSTRI. MVLTO. CLEMENTISSIMI
AVCTORITATE

REVERENDISSIMORVM. ET. PERILLVSTRIVM. CVRATORVM

CVM. AEDIS. COLLEGIATAE. MARIANAЕ

TVM. REGII. ATQVE. ACADEMICI. GYMNASII
ARCTISSIMO. EI. NEXV. IVNCTI

FESTO. SOLEMNIQVE. RITV

ET. IN. IPSA. BASILICA. MARIANA

DIE. VIII. AVG. A. AE. C. cIccLXIII

HORA. VIII. ANTE. MERIDIEM

ET. IN. REGIO. EOQVE. ACADEMICO. GYMNASIO

ALIO. TEMPORE. E. VALVIS. PVBLICIS. SPECIATIM. INDICENDO

CELEBRANDVM

PVBLICO. NOMINE

INDICIT

ATQVE

AD. RARVM. HOC. SOLEMNE. IVBILAEVМ
PIE. RELIGIOSEQVE. PERAGENDVM

SERENISSIMVM. DVCEM. BRVNSVIGA - BEVERANVM
SVMMVM. HVIVS. MVNIMENTI. GVBERNATOREM

PERILLVSTREM. EIDEM. MVNIMENTO. PRAEFECTVM

CVM. RELIQVIS. QVOTQVOT. APVD. NOS. DEGVNT. SVPREMIS. LEGIONVM. PRAEFECTIS
ILLVSTRISSIMA. COLLEGIA. REGIA

REVERENDISSIMOS. ATQVE. PERILLVSTRES. CVRATORES

REVERENDVM. HVIVS. VRBIS. MINISTERIVM

GENEROSES. CIVITATIS. CONSULES

OMNESQVE. SIVE. SAGO. SIVE. TOGA. SIVE. SACRIS. SIVE. CIVILIBVS. MVNERIBVS
VIROS. CONSPICVOS

EA. QVA. PAR. EST. ET. CVIVSQVE. DIGNITAS. CAPIT. PIETATE. OBSERVANTIA. HVMANITATE
INVITAT

LITTERARVM. AVTEM. STVDIOSOS. GYMNASII. REG. ET. ACAD. VT. DEVOTIS. MENTIBVS. ET. MANIBVS. ADSINT
AMANTER. NON. MINVS. QVAM. SERIO. HORTATVR

NONNVLLA

DE

BARNIMO. I. S. BONO. COLLEGIATAE. AEDIS. S. MARIAE. PALAEO-STETINENSIS

A. O. R. cIccLXIII. VNICO. FVNDATORE

AD. FIDEM. DIPLOMATVM. PRAEFATVS

D. IOANNES. CAROL. CONR. OELRICHС

COMES. PALATINVS. CAESAREVS. PROFESSOR. IVRIS. ORDINAR. ET. H. A. RECTOR
REG. BONAR. ART. SOCIETATIB. REGIOMONTI. GRYPHISVALD. ET. GOTTINGAE
NEC. NON. DVCALI. HELMSTAD. ITEMQVE. BREMENSI. TEVTONICIS
ET. LATINAЕ. IENENSI. ADSCRIPTVS.

PALAEO - STETINI

TYPIS. REG. REGIMINIS. ET. GYMNASII. ACAD. TYPOGRAPHI. B. IO. FRID. SPIEGELII. VIDVAE.

*Vosque veraces cecinisse Parcae,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus seruet, bona iam peractis
Iungite fata.*

HORATIVS.



OMNES inter felicitates, a benignissimo Deo, hominibus, in vita ipsorum aerumnosa, imperitatis, summa sane haec est, quod eos, quos, a primis inde temporibus, in hunc usque diem, rebus publicis praefecit, spiritu suo adeo regat, ut in summi istius Numinis gloriam ciuiumque aeternam salutem templa pietatis condant et conseruent atque diuini verbi interpretes alant. Huius insignis beatitatis, nos quoque maxime participes fecit Deus O. M. dum, quingentis iam abhinc annis, BARNIMVM, inter Christianos Pomeraniae duces i. al. ii. ob multa alia pia facta, iure quodam suo atque merito, BONVM adpellatum, 1) instrumentum esse voluit aedis, in vrbe nostra, erigendae collegiae s. MARIAE dicatae munificeque simul dotandae: auspicium inde huius pietatis officinae, initio saeculi XII per OTTONEM, episcopum Bambergensem, primum Pomeranorum apostolum, iure optimo maximo dictum, a paganorum superstitionibus et sordibus purgatae, circa medium vero saeculi XVI puriori fidei, ope IO. BVGENHAGI, vulgari sermone: *Doctor*

A

Pommer

1) Ita etiam habet ipsius epitaphium sic conceptum:

Wo icht was meiner Thaten waer,
Davon ich trüge Preis und Ehr,
So ist doch das mein höchster Rubm,
Daß ich in meinem Fürstenthum
Befördert hab zu aller Zeit

Religion und Geistlichkeit.

Auch neu erbaut viel Schloß und Städ,
Die langer Krieg verwüstet hätt.
Darum man mich an meinem End
Den ersten und guten Barnim nennt.
Doch ist an mir nichts gutes für Gott,
Mich mag den gut sein bitter Todt.

*Pommer vocati, secundi quasi Pomeranorum apostoli,*²⁾ consecratae, cuius his ipsis diebus, quintum, singulari prorsus gratia diuina, absoluuntur saeculum, sextumque incipit, silentio prorsus praeterire, illudque peculiari commendatione publica non excipere, eo magis nefas, ingratissimique animi crimen nobis foret, quo magis Gymnasium nostrum academicum, arctissimo quodam vinculo, basilicae huic MARIANAE est iunctum. Etenim ipsis dos postea, ab aliis non minus pientissimis Pomeraniae ducibus, adiectis ipsi a. cl^ol^oxxxxxi omnibus aedis s. OTTONIS, cum ea tunc vnitae, bonis, adeo aucta est atque amplificata, ut condendo ansam daret paedagogio, quod, a BARNIMO IX et PHILIPPO I. Pomeraniae ducibus, a. cl^ol^oxxxxxi fundari quidem inceptum, anno autem cl^ol^oxxxxiii consummatum, idque large liberaliterque dotatum bonarum artium seminarium, deinde, exstincta prorsus Gryphica stirpe, a. cl^ol^ocxxxxii in Gymnasium commutatum, a. vero cl^ol^occlxvii restauratum atque *illustre* factum et *Carolinum* vocatum,³⁾ ab augustissimis denique Borussiae regibus, FRIDERICO GVIELMO, in primis FRIDERICO II. M. *illustrius redditum esse,*⁴⁾ inter omnes constare, arbitramur.

II

ALTIORIS contra indaginis est duplex haec quaestio: altera, vtrum annus foundationis templi collegiati, quod diximus, sit a. cl^occlxi vel a. cl^occlxiii? altera, vtrum BARNI-
MVS I. paullo ante laudatus, solus, vel vna cum eo, ipsius
secunda

2) Vitam ipsius et maxima satis-
que numquam laudanda, in multa-
rum ecclesiarum et speciatim Po-
meranicarum reformationem, me-
rita enodate exhibet IO. DAV. IAEN-
CKE in der ausführlich. und mit Vrkunden
versehenen Lebens-Geschichte des vortref-
lich. Kirchenlehrers D. IO. BVGENHAGEN,
sonst auch D. POMMER genannt: quem
librum antea inscriptum: Gelehrtes
Pommerland, cum inscriptione, quam
diximus, ipsi conuenientiore, NO-
STRIS etiam emendationibus et ad-
ditamentis non nihil locupletatum
vitaque auctoris ac noua praefatione

de libri fatis instructum, Rostochii,
a. cl^ol^occlvii iterum publicauimus.

3) Conf. in primis v. c. 10. SAM.
HERINGIT historische Nachricht von der
Stiftung der 2 Collegiat-Kirchen in der
berühmten Stadt Alten-Stettin, nament-
lich der St. Marien- und St. Ottens- oder
Schloß-Kirche, wie auch des Königl. aca-
demischen Gymnasii Carolini, seit Anno
MCCLXIII bis MDCCXXV. Alt. Stettin
1725. 4. p. 36. et 40. Add. EIVSD. Im-
merwährendes Denckmahl der Güte Got-
tes, welche sich an dem Königl. academisch.
Gymnasio Carolino in - - Alten-Stettin
durch

secunda coniux MARGARETHA, aut tertia MECHTILDIS aedem Marianam fundauerint? vtriusque quaestيونis enodationem, ab hoc tempore quippe non alienam, proponendi iam animus est.

III

AD priorem quidem quod attinet quaestيونem, Pomeranici historici, vno quasi ore, contendentes, annum fundationis esse annum c^lccclxi⁵⁾ dudum iam erroris conuicti sunt a vv. cc. IO. SAM. HERINGIO⁶⁾ et FRIDERICO DE DREGER⁷⁾ publicata, ab iis, ipsa foundationis charta BARNIMI, quem diximus, *ducis Pomeraniae, data Stetin per manum Rodolfi scholastici Stetinensis, a. c^lccLXIII. IV. Calend. Aug.* ex ipsa authentica tabula, quam tabularium ecclesiae Marianae adseruat, deponita: in qua primum pii huius propositi mentionem facit et locum adsignat atque donat modo dictus BARNIMVS, aedificandae huic aedi: qui ergo fieri potuit, vt ea a. c^lccclxi fundata iam sit? Haud tamen negandum, fundatorem, collegium XII canonicorum, in ecclesia s. PETRI, iam a. c^lccclxi a se institutum, in usus et commoda condenda ae- dis nostrae, vi litterarum foundationis ipsius, conuertisse, ipsam que initio solis huius collegii redditibus dotasse: nulla quippe alia dote, in diplomate foundationis, expressa. Iuuabit, in solemni hoc iubilaeo, integra eius verba hic iterum adiicere. En ea!

A 2

BARNIM

durch viele und grosse Wohlthaten in Zeit von zweybundert Jahren verberrlich bat, bey glücklicher Erlebung des zweyten Jubilaei, so von Zeit der Fundation, nemlich vom 25. Oct. 1543. am 25. Oct. 1743. glücklich eingetroffen. *ibid. 1744. 4. Iung. V. C. MICH. FRID. QVADII Programmata ad introduct. professorum, IO. DAN. DENSOVII ET FRID. BENED. SCHROEDERI, itemque NOSTRAM, a. c^lc^lcclii publicata, quae historiam Gymnasii succinctam quidem, verum accuratam, ad annum usque c^lc^lcclviii perductam, exhibent.*

4) *Vid. Memoria NOSTRA V. C. MICH.*

FRID. QVADII, *theol. D. et phil. M. atque rectoris quondam, apud nos perpetui, edita a. c^lc^lcclviii. 4. in primis p. 10. not. 12. et p. 23. not. 22.*

5) *HERINGIVS in der historisch. Nachricht etc. p. 8. recenset eos, hisque omnia fere Chronica Pom. MSCta addenda: ex quibus quippe errorem hunc communeni hauserunt libri Pomeraniae historiam spectantes.*

6) *c. l. et in app. documentor. num. 1.*

7) *in Codice diplomar. Pom. tom. I. num. CCCLVI. p. 467.*

BARNIM Dei gratia Dux Slauorum. Vniuersis Crisi fidelibus presentem paginam visuris lecturis seu audituris in perpetuum. Quoniam omnium habere memoriam et maxime illorum que sub varia reuolutione temporis sunt vacillantem mentem et memoriam hominum superat et transcendit. necessarium atque expediens esse dignoscitur et censetur. ut acta que in tempore sunt per testes ydoneos et scripta autentica robur perpetue firmitatis forciantur. Hinc est quod notum esse volumus vniuerse nationi presentium et felici successioni futurorum. Quod nos obtulimus et sacrificauimus castrum Stetyn sive vallum in quo castrum fuit temporibus antiquis creatori omnium rerum et eiusdem genitrici semperque virginis Marie ad construendum monasterium in honorem Dei omnipotentis et gloriose ac intemeratae virginis matris eius Marie in quo fundauimus et instituimus canonicorum numerum duodenum conferentes et donantes, eisdem canonicis in eodem monasterio sancte Marie in dicto castro Stetyn institutis et pro tempore instituendis ad diligentem exhortationem et petitionem consulim et vnaminem instanciam burgensium ciuitatis Stetyn qui cesserunt et abremunciarunt omni iuri quod habuerunt in prefato castro. proprietatem et ius proprietatis sepe dicti castri iure perpetuo possidendum. nobis curia nostra in ante dicto castro et curia quondam CONRADI militis dicti CLEEST que iacet in valle versus aquilonem ad usus nostros integraliter reservatis. totalemque aliam partem jam sepe dicti castri cum omni iure et proprietate prefatorum canonicorum usibus assignantes. Ut autem hanc donationem nostram nemo temeraria presumptione violare possit

vel

vel audeat immutare quam inuiolabilem volumus perseverare temporibus sempiternis presens instrumentum inde confectum sepe dictis canonicis dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec Stetyn in cimiterio sancti Petri anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio. octauo Idus Iulii. Presentibus Godecone de Smogederovve. Ludolfo marscalco de Padelborne. Iohanne de Levenovve. Rodolfo de Cedelin. Rodero Magno cognomine militibus. item Gobelone marscalco et Henrico Baruot sculteto. Iohanne dicto parvo. Titmaro velificatore. Theoderico monetario. Iohanne de Brakel. Arnoldo vocato milite. Godescalco de D. Olrico de Gubin. Rodolfo iuuene. Henrico de Alfmunde. Hermanno de Sconvverdere consulibus in Stetyn et aliis quam pluribus quorum hic nomina non sunt subnotata. Datum Stetyn per manum Rodolfi scolaſtici Stetinensis anno prescripto. M°. CC°. LXIII°. IV. Kalend. Augufti.

Subiungere huic aliam licebit chartam, paucis, a prima fundatione, annis, exaratam, nec, ab HERINGIO, nec DREGERO, publici iuris factam, aut, ab ullo alio, vsque adhuc vel excitatam, vel in lucem protractam: qua HERMANNVS, episcopus Caminensis, a. cIccCLXVII donationes, a BARNIMO nostro, templo nouo collegiato Mariano factas, confirmat et nouas addit. IPST chartam hanc, in tabulario huius templi adseruatam, ex authentica tabula descripsimus, sic conceptam:

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Amen.
HERMANNVS Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus. *Omnibus in perpetuum. Pastoralis cura officii,* qua gregem Domini nobis commissum autoritate tradita gubernamus et regimus sollicite nos ammonet et inducit ut ecclesiias Dei per illustrem principem do-

minum BARNIMVM ducem Slauorum in Caminenfi dioecesi de nostro consensu fundatas et dotatas non solum brachiis protectionis spiritualis amplectamur. verum etiam eisdem per subsidiorum amministratio-rem subueniamus quatinus persone in eis institute ac instituende absque rerum defectu temporalium diuinis laudibus liberius valeant inherere. Sane tam pre-
sencium quam futurarum notitie transmittimus na-
cionum quod dilectis nobis in Christo preposito Decano
totique Capitulo ecclesie sancte Marie in Stetyn et
vniversis successoribus eorum et vniversae ecclesie do-
nauimus de nostro consensu et voluntate capituli pro-
prietatem decimarum ville Wamelitz cum quinqua-
ginta tribus Mansis ville Brunneke cum quinquagin-
ta tribus mansis et ville Glambeke cum quadraginta
mansis sitarum in territorio Stetinensi perpetuis tem-
poribus feliciter possidendam. Transferentes in pre-
dictos prepositum Decanum Capitulum ac Ecclesiam
omne ius, quod habuimus nos Capitulum nostrum et
ecclesia Caminenensis in villarum decimis predictarum.
Huius donationis testes sunt hii Clerici. Heinricus
Decanus de noua ecclesia. Theino prior sancti Iacobi
in Stetin. Frater Hildebrandus Gardianus fratrum
mino-

78) Publicavit quidem etiam DAN-
CRAMERVS im gross. Pommerschen Kir-
chen-Cronico, lib. I. p. 42. hanc ipsam
inscriptionem, verum mendosam
dedit: accuratior est nostra, omni,
quo fieri potuit, studio, ex ipso la-
pide, a NOBIS, descripta. Idem CRA-
MERVS c. I. p. 59. in eo quoque est
hallucinatus, quod de OTTONE I.
filio BARNIMI nostri scribit: sicuti
pater ipsius BARNIMVS, occisus frater
BARNIMVS, itemque mater CATHARINA,

nouerca MECHTILDIS, fraterque BOGIS-
LAVS in templo Mariano (apud nos)
sepulti sint: ita OTTONEM etiam, utram-
que eius coniugem CATHARINAM et ELI-
SABETHAM, in eadem ecclesia, voluisse se-
peliri. At fide monumentorum ido-
neorum nititur, patrem OTTONIS I.
BARNIMVM, nullam vxorem, cui no-
men CATHARINAE, habuisse, sed has
solum tres, MARIAM, MARGARETHAM
et MECHTILDEM, quae ultima, mater
OTTONIS I. fuit, non nouerca: quod
et

minorum in Stetin. Laici vero hii. Dominus Heinricus Comes de Kerckberge, Otto Comes de Everstein, nepos noster. Borco. Cazimarus. Iohannes Kule. Gobelo dictus Marscalk. Willekinus aduocatus Stetinensis Milites. Hermannus aduocatus noster in Locknitz et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subnotata. In cuius donationis firmum testimonium et irrefragabile et perpetuum munimentum presens scriptum inde confectum eisdem dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum Stetin et datum ibidem per manum Magistri Heinrici curie nostre notarii. Anno Domini M.CC.LXVII. Quinto Idus Februarii.

III

ALTERA iam enodanda erit quaestio. Exstat in basilicae Marianae aditu ad altare, si portam ingredimur versus Orientem sitam, pictura quaedam vetus in muro, coloribus aqueis distincta, habens plus minusve v pedes in longitudine et iv pedes in latitudine, repraesentansque ducum Pomeranicorum et ducum Brunsuico-Luneburgensium insignia, quibus anno ccccxxxxv aut paullo post, a canonicis huius aetatis, litteris minoribus latinis, tunc usitatis, vetustate vero non nihil corruptis, hoc additum est monimentum: ⁸⁾

Anno

et aliunde satis constat et ex charta ipsius, quem diximus OTTONIS, qua urbi nostrae vicum ei adiacentem superiorem et inferiorem, die Ober- und Nieder-Wyck, anno ccccxviii quinta feria proxima post Dominicam: Quasimodogeniti vendidit, satis in proclivi est, ubi legitur: *inclita domina MECHILDIS, amantissima nostra mater.* Neque veritati conuenit, OTTONIS fratrem, BOGISLAVM, in templo Mariano, apud

nos, esse sepultum, qui Cammini, fide AND. HILTEBRANDI, VVOLFG. IOBSTII f. IVSTI in genealog. ducum Pom. et aliorum, ipseque, quem modo nominauimus, OTTO, Colbaci, testibus iisdem, est sepulturæ datus. Deinde et hoc nondum ad liquidum perductum, utrum OTTO i. duas habuerit uxores? quum de una tantum ELISABETHA, NICOLAI, comitis Suerensis Megapolitani, filia, historicos inter nostros, certo constet: nullus enim, eorum,

VIII DE. BARNIMO. I. S. BONO. BASILICAE. MARIANAE

Anno dñi M^oCC^oLXXVIII^o in die sti Briccii obiit illustris princeps et dns Dns Barnym pñus dux Stetinensis. Pomeranie. Slavie. Cassubie
Rugieque princeps. huius ecclesie primus fundator pie memorie
Anno dñi M.CCC.XVI^o in vigilia sti Thome apli obiit dna Mechtildis In
clita ducissa Stetinensis fundatrix huius ecclie et vxor dñi Barnym fundatoris
martyrum
Anno dñi M. CC. XCV^o in die Iohannis et Pauli mrm obiit dux Barnym scđus filius fudatoris
Anno dñi M.CCC.XLV^o XIII^o Kal. Ianuary obiit illustris princeps Otto primus mag
nifici dñi Barnym primi huius ecclie fudatoris filius

V

HAC procul dubio inscriptione, IOANN. BVGENHAGIVS,⁹⁾
VAL. AB EICKSTEDT,¹⁰⁾ DAN. CRAMERVS,¹¹⁾ PAVL. FRIEDEBORN,¹²⁾

IO.

eorum, tempus consummati cum CATHARINA matrimonii, vsque adhuc potuit indicare. VVOLFGANGVS quidem IVSTVS s. IOBST in genealog. ducum Pom. plagul. D. gentem ipsius nominauit eamque BERNHARDI, ducis Luneburgensis, filiam, fuisse dixit: verum, quantum nobis indagare licuit, huius nominis dux, cuius filia esse potuerit, ea haud exstitit aetate. Hac occasione quoque non possumus non, quin tribus, vt aiunt, verbis, hic moneamus, opus CRAMERI supra excitatum, numquam, latino sermone, prodiisse: qui quidem error in Lexico eruditior. vniuersali IOECHERIANO commissus, ex eo forsan natus, quod inscriptio ni Germanicae primae huius operis editionis, haec praemissa sit latina: *Historia ecclesiastica Pomeraniae*. Meminimus etiam hic, ex insigni typographi malitia, aut summa eius incuria et maxima simul correctoris oscitantia, lepidum, at graue vitium typographicum irrepere in secundam huius egregii operis editio nem, *Palaeo-Stetini*, sumtibus IOACH. RHETEN a. cl^occ^ocm in 4to adornatam, lib. II. cap. XX. p. 84. ubi de secta flagellantum, quae maxime, in medio saeculi XIII totam perer-

rabat Germaniam, agitur, rhyth mique, quos canere solebat, sequentes adducuntur:

Nun tretter ber die bussen wollen,
Flieben wir denn die beisse Helle,
LVTHER ist ein böß Geselle,
Wein er den behaftet,
Mit beissen Pech er ihn labet,
Darum vermeiden wir mit ihm zu sein,
Vnd vermeiden der Hellen Pein.
Wer diese Busse nun wil pflegen,
Der sol gelten und wiedergeben,
So wird seine Sünde gebust,
Vnd sein letztes ende gur.

in quorum rhythmorum linea tertia, loco nominis LVTHER ponì debuisset LVCIFER: ceu recte habet ultima laudi operis editio, eodem, quem dimus, loco, a. cl^occ^oxxviii in fol. publicata, lib. II. cap. XXVII. p. 68.

9) in Pomerania, cura v. c. IAC. HENR. DE BALTHASAR. Gryphisvv. 1728. 4. publicata, p. 130.

10) in epitome annal. Pom. studio laudati BALTHASARIS, eod. a. edita, ad a. cl^occlxi.

11) c. l. lib. II. p. 34.

12) in der historisch. Beschreib. der Stadt Alten-Stettin, p. 42.

13) im alt. Pommerlande, lib. VI. p. 561.

14) in orat. historiam Pom. paedagogic. exhib. plagul. B. 2.

10. MICRAELIUS¹³⁾ AND. GODOF. AMMON,¹⁴⁾ MART. RANGO,¹⁵⁾
 MICH. FRID. QVADE,¹⁶⁾ aliquique plures nostrates historici, inducti
 sunt ad credendum, BARNIMVM, fundationem templi Mariani,
 cum sui ipsius coniuge MECHTILDE, peregrisse. At errare in
 eo singulos hos, exterisque horum fidem secutos,¹⁷⁾ ad unum,
 omnes, ipsis cum canonicis Marianis,¹⁸⁾ extra omnem dubi-
 tationis aleam, nos posituros, spem ingredimur certissimam.¹⁹⁾
 BARNIMVS etenim *Imo*) in instrumento fundationis, supra ad-
 iecto, ne uno quidem verbo, dixit, vxorem suam MECHTILDEM,
 quidquam ad hanc rem contulisse. *Hdo*) Certo certius con-
 stat, eam, anno fundationis, vxorem nondum fuisse fundato-
 C
 ris,

15) in *Originib. Pom. s. Pomerania diplomatica*, p. 312. quem bonae frugis
 librum, duplice hac inscriptione,
 publicatum esse, nulla prorsus mu-
 tatione facta, nisi quod editioni,
 quae praef se fert annum c. 1300
 accesserit *praefaciuncula: de fide histo-*
rica, in libello nostro: Entwurf einer
Pommersch. iuristisch. Bibliothek, sect. II.
num. s. p. 45. iam monuimus, et, ex-
 teriorum causa, hic iterum mone-
 re, non incommodum fore, rati-
 sumus.

16) Nescio, qui fieri potuit, ut
 v. c. MICH. FRID. QVADE, rerum Po-
 meranicarum, in primis basilicae
 nostrae, sollertissimus alias, si quis
 alius, indagator, in progr. de vero
 fundationis nostri Gymnasii anno et tem-
 pore, tum etiam de ipsius fundatoris,
 BARNIMI, genuina denominatione scri-
 pserit; BARNIMVM I. BONVM, una cum
 coniuge sua MECHTILDE aedem virginis
 Deiparae S. Mariae consecratam, anno
 circiter 1300 LX condidisse: qua in re
 bifariam ipsum errasse, ex ius,
 quae de vero fundationis anno
 supra diximus, et iam agimus, in-
 telligere licebit.

17) e. c. IAC. PAVL. DE GVNDLING
 im Pommersch. Atlas, p. 62. aliquique
 plures.

18) Egregii, ob id, ignorantiae
 fratres haud immerito dicendi
 essent boni nostri canonici: nisi
 eos, honoris sueti caussa, e relatione
 scilicet maritum inter et
 vxorem, in quam dignitas, nomen,
 honorumque tituli mariti transe-
 unt, subsidente, MECHTILDEM sic
 saluo iure mariti, fundatricem di-
 xisse, credere potius velimus. At
 nomen sine re fuisse, nemo non,
 ex mox dicendis, facili cognoscet
 negotio.

19) Maiorem omnino hoc NOBIS
 facit mirationem, nullum ex his,
 quos modo excitaimus, historiae
 Pomeranicae scriptoribus princi-
 pis, qui maximam partem apud
 nos vixerunt, alium multo graui-
 rem historicum errorem, in ea-
 dem inscriptione, a canonicis Ma-
 rianis, peregrinis atque hospitibus
 in ipsis rebus patriis, commissum,
 notasse: scilicet, quod in ea BARN-
 IMVS NOSTER, dicatur *Rugiae prin-*
cips: quo quidem praeconio Pome-
raniae duces, quoad Rugiae prin-
cipes regnarent, quod ad a. vsque
c. 1300XXV durauit, numquam vi-
fuerunt. Ita BARNIMVS hic in char-
tis suis, ad vnam fere omnibus,
tantum audit dux Slavorum.

X DE BARNIMO I. S. BONO BASILICAE. MARIANAE

ris, ipsi demum, anno sequente c. 1563 iunctam. ²⁰⁾ IIIto) Nobiscum faciunt charta confirmationis donationum BARNIMI, fundatoris, basilicae Marianae factarum, ab HERMANNO, episcopo Caminensi, paucis abhinc annis, anno scilicet c. 1567 exarata, quam paullo ante communicauimus: itemque IIIto) alia, qua OTTO III. BONVS s. PIVS, march. Brandenburgensis, pater MECHTILDIS, illiusque fratres IOANNES et CONRADVS, march. Brand. fundationem et dotationem ecclesiae Marianae, a. c. 1568 confirmant, vbi iterum, nulla MECHTILDIS mentione iniecta, id tantum legimus: - - *capitulo ecclesie eiusdem, (S. Mariae) quam dilectus gener noster BARNIMVS, dux Slavorum, de novo instituit et fundauit, et ipsius ecclesie fundationem et canoniconum, in eadem, institutionem, ratas et gratas habentes,* ²¹⁾ *dedimus et donauimus - -* ²²⁾ Vto) Fauet non minus egregie sententiae nostrae alia fundatoris charta, ipso eius anno emortuali c. 1578 data, in qua templo nostro collegiato ius patronatus in ecclesiam vrbis Greifenhagen donat, vbi, his verbis, nostrae aedis fundationis meminit, - - *titulo donationis appropriauimus ecclesie S. Marie in Stetin, quam fundauimus et nostris possessionibus dotauimus - -* ²³⁾ itemque Vto) alia BOGLAI, filii fundatoris, charta, Calend. Mart. a. c. 1588 exarata, qua is canonicos eiusdem templi collegiati iuri patronatus in ecclesiam villae Varsovv, in fauorem monasterii virginum, extra muros vrbis nostrae, olim siti, renuntiasse, notum

20) GVST. HENR. DE SCHVALLENBEG in elucubratissima biograph. ducum Pom. patro sermone conscripta, nondum publici iuris facta.

21) Haec charta inde quoque commemoratione valde digna, quod ea multum facit ad probationem nexus feudalis ducum Pomeraniae cum domo Brandenburgica: quem, ope multorum aliorum authenticorum documentorum, itanos, alio loco et tempore, confirmaturos esse, speramus, vt haec omnibus perspicua fiat veritas.

22) ap. HERINGIVM in der historisch. Nachricht etc. in app. documentor. num. V. et DREGERVM c. l. num. CCCCXXXIV. p. 544.

23) ap. HERINGIVM c. l. num. VII.

24) ap. EVMD. c. l. num. III.

25) ap. EVMD. c. l. num. IV.

26) Exstant in diplomario NOSTRO ecclesiae Marianae. Non iniucundum fore arbitramur, si singulare quid, quod in hic excitata, vsque adhuc publici iuris hand facta charta BOGLAI de a. c. 1589 qua vil. Luckov ecclesiae S. Mariae donat, offendimus, cum Pomeraniae communicauerimus historicis. Meminit dux ibi sororis MECHTILDIS his verbis - - *ex consensu et voluntate dilectae sororis nostre, domine MECHTILDIS, illustris ducisse Sternensum, liberaliter et voluntarie transfruentes*

notum facit, his, quae huc faciunt, verbis, vsus - - quod ad instantiam nostram dilecti nobis prepositus, decanus et capitulum ecclesie Stetinensis, in qua pater noster carissimus dominus BARNIM, illustris dux Slavorum pie memorie recordationis corporaliter requiescit, quam instituit et fundauit, remittauerunt - -²⁴⁾ Accedunt VIImo) charta OTTONIS, ducis Pom. filii fundatoris, a. clcccclxxxviii, exarata: ²⁵⁾ itemque VIIIuo) et VIIIIno) binae aliae ineditae fratris illius BOGISLAI, ducis Pom. anno clcccclxxx et a. clcccclxxxviii datae: ²⁶⁾ in quibus singulis, hi filii, patrem dumtaxat, vt fundatorem, nominant. Est etiam Xmo) in manibus nostris charta, aequa inedita, ex tabula authentica, in tabulario basilicae Marianae, conseruata, accuratissime, a NOBIS, descripta, quae maximi sane, hac in re, est momenti, quum ab ipsa data sit MECHTILDE a. clcccclxxxviii: qua quidem, ea, villam Luckovv ecclesiae S. Mariae donat, atque fundatoris aedis modo dictae ita meminit - - preposito, decano omnibusque canonicis ecclesie sancte Marie Dei genetricis virginis gloriose in Stetyn, quam dominus noster et maritus karissimus BARNIM, inclitus dux Slavorum instituit et fundauit, in qua etiam ipse et filius noster dilectus BARNYM pie recordationis corporaliter requiescunt et nos, vna cum filio nostro superstite, predicto OTTONE, elegimus sepulturam nostram, vnanimi consensu nostro et nostra liberrima voluntate, villam Lucovv cum terminis suis - - transferimus - ²⁷⁾ Neque con-

C 2 venit

rentes - - Iam vero nullus omnium Pomeranicorum historicorum, in hunc usque diem, hanc BOGISLAI sororem, BARNIMI nostri filiam, MECHTILDEM, cognouit. At, nisi toti fallimur, haec ea est, quae nupta erat IOANNI, comiti Gutzkouensi, quam nominare adhuc nemo potuit, cuiusque nomen, in charta huius ipsius mariti, a. clccc exarata, apud V.C. ALB. GEORG. SCHVVAR- TZIVM in der Historie der Grafschaft Gutzkow, adiuncta eius diplomatica. Geschichte der Pommersch. Rugisch. Städte Schvvedisch. Hohheit, p. 747. ubi vxoris suae, vt sororis huius BOGISLAI, meminit, ne expressum quidem est:

ex nostra vero paullo ante excitata charta, cuius αὐτόγεαφοι IPSI inspeximus, certo certius eam, nomine etiam, nunc cognoscere licet. Alias eiusmodi veritates genealogicas incognitas, ex ipsis authenticas diplomatis erutas, in lucem protulimus in libro NOSTRO, saecularibus, quae iam agemus, sacris dicato, p. 95-98. cuius inscriptionem infra dabimus.

²⁷⁾ Omittimus, libelli angustia circumscripti, plura alia saeculi xv etiam, idem probantia diplomata, in diplomatario nostro basilicae Marianae, usque adhuc inedito, existentia: quo spectant chartae OTTONIS I.

filii

venit *XI*^{mo}) ad pictum ducum Brunsvico-Luneburgensem insigne MECHTILDI, quae, ut paullo ante diximus, OTTONIS, march. Brand. filia erat: quod potius insigne natalibus secundae BARNIMI nostri vxori MARGARETHAE, VVITZLAI II. principis Rugiae, viduae, OTTONIS PARVI, ducis Brunsvicensis, filiae, responderet. Verum enim vero neque hanc ad fundationem aedis Marianae quidquam contulisse, immo conferre ne potuisse quidem, cum *XII*^{mo}) ex omni chartarum publicarum silentio, tum maxime *XIII*^{to}) ex tempore ipsius obitus, qui iam ante fundationem templi fuit,²⁸⁾ et denique *XIV*^{to}) vel inde quoque, quod ipsius corpus in aedem Marianam, a fundatore coniuge, postea non translatum, sed in monasterio virginum, olim extra urbem nostram, iam, in ea, sito, quod hodie armamentarium est, relictum fuerit,²⁹⁾ facile est ad intelligendum. Nihilo tamen minus, quod utique mirandum! NICOL. KLEMPZOVIVS,³⁰⁾ fide alias dignus annalium Pomeranicorum conditor, fundationem basilicae Marianae BARNIMO nostro, simulque ipsius coniugi MARGARETHAE, adscribit, quem quoque defendit v. c. IO. PHIL. PALTHENIVS³¹⁾ addens: *forte, quod id* (MECHTILDIS scilicet commemoratio in inscriptione canoniconum Marianorum) *praesenti canonicorum commodo magis congrueret, quod a viuis, quam mortuis, tutius exspectetur.* At *XV*^{to}) ne diuinando quidem, consequi NOBIS licet, quid, hac ratione, sibi velit PALTHENIVS: quum MARGARETHA et MECHTILDIS, cum ceteris, quos habet canonicorum supra adducta inscri-

filii BARNIMI, fundatoris; de annis *c. CCCXXV*, *c. CCCXXXI* et *c. CCCXXXIII* aliaeque plures: in quibus singulis pater BARNIMVS, ut solus fundator, nominatur, et quamvis in multis simul eius coniugis MECHTILDIS, matris OTTONIS, quem diximus, mentio fiat, nihil tamen illi, circa aedis nostrae fundationem, adscriptum legitur.

28) Annum ipsius emortualem alii dicunt a. *c. CCCLXI*. alii annum *c. CCCLXIII*. Id quidem est exploratum, MARGARETHAM, *IV. Cal. April.* huius anni iam mortuam fuisse: si quidem BARNIMVS, pro remedio animae ipsius, monasterio sanctimo-

nialium Cisterciensis ordinis in *Stettin* decem marcas denariorum in moneta Stettinensi, annis singulis, recipendas et in perpetuum possidendas contulit in charta anni *c. CCCLXIII*, ap. ill. DE DREGER c. l. num. *CCCLI*. p. 462. Fundationis contra aedis Marianae diploma deum *IV. Kal. Aug.* anni, quem modo diximus, esse exaratum, utriusque chartae inspectio quemuis docebit.

29) Conf. comment. NOSTRA, fide monumentorum publicorum suffulta de ducum Pom. Rugiaeque princip. se pulcris, p. 7.

30) in Chronico Pom. MSCto, quod etiam fecutus SCHVALLENBERG. c. l.

XIII DE.BARNIMO.I.S.BONO.BASILICAE.MARIAN.FVND.

in aede Mariana , ipso die fundationis, qui est d. viii. Aug.
 st. nou. hora viii, antecedente hunc sermonem ipsumque
 sequente concentu vocum et neruorum et tibiarum: cetera,
 quae agentur, ipsi indicent collegae nostri celeberrimi. NOS
 praeterea, in honorem tanti muneris auctorum et ampli-
 ficatorum, accuratam, atque, quoad eius fieri potuit, per-
 fectam, amplissimorum monumentorum publicorum, omnium
 Pomeraniae principum memorii, a prima inde aetate, in
 hunc usque diem consecratorum, recensionem, sumtibus bibli-
 polarum Berolinensium, A. HAVDE et I. C. SPENERI, in forma,
 quam dicimus sua, foras dabimus, inscriptam: *Das gepriesene
 Andencken der Pommersch. Hertzoge, durch vñständliche Erzäh-
 lung ihrer eigenen gedruckten vnd vngedruckten Schriften, vnd
 der ihnen errichteten öffentlichen Denkmäler, vermittelst beson-
 derer gedruckten Gedächtniss-Schriften, Bildnisse, Begräbniss-
 Müntzen, etc. erneuert*

DEVS autem pia nostra, quae pro incolumentate basilicae
 Marianae concepimus vota, concepturique, quoad viuimus,
 sumus, benignissime impleat, posterisque nostris laetiora haec
 semper redire sinat sacra saecularia, vt ita illud PROPERTII:

*Haec Dii condiderant, haec Dii quoque moenia seruant
 non vt poëtae, sed vatis valeat effatum, ipsiusque, inter omnem
 constet posteritatem, veritas.*

QVOD reliquum est, communi publico aedis collegiatae
 Marianae et Gymnasi regii atque academicci nomine, omnes
 BASILICAE huic MARIANAЕ bene cupientes, in primis reuerendo
 buius urbis ministerio adscriptos: in QVOS quidem et TEMPLVM
 COLLEGATVM MARIANVM adprime cadit illud poëtae:

Hoc aliquid nobis vobiscum foederis adfert

Eiusdem sacri cultor vterque sumus.

voce praeconis ludorum saecularium, apud veteres Romanos,
 consueta, rogamus atque obsecramus:

CONVENITE AD LVDOS SPECTANDOS, QVOS NEQVE SPECTAVIT

QVISQVAM NEQVE SPECTATVRVS EST!

P. P. Palaeo-Stetini,
 NOSTRO, antiquissimo
 symbolo, nuper nobis
 cesso, Dominica
 A. O. R.



sub MAIORE SIGILLO
 BASILICAE MARIANAЕ
 clementissime con-
 VIII. post Trin.
 ccclxiii.

inscriptio, ea tempestate, qua facta, (attingit enim a. clcccxlvi) diem iam obierint supremum: atque sic canonici nihil amplius, ab iis singulis, e blandiri potuerint. Ita nimirum, errore nouo, tegendus fuit error vetus, ne perplueret.

VI

SATIS iam manifestum hoc erit exemplum, litteratis etiam lapidibus et eiusmodi monumentis sepulcralibus fidem non semper dari posse, si chartae publicae atque historia dissentiant.³²⁾ Manet ergo BARNIMO saepius dicto integra laus et gloria fundati templi collegiati Mariani! cuius memoria ut his diebus publice recolatur, pietas in Deum, gratus animus erga fundatorem et amplificatores huius basilicae, non tantum suadent, verum etiam, iure quodam suo, postulant.

VII

VOLVERVNT quoque reuerendissimi atque generosissimi templi collegiati Mariani, atque, cum ipso, vnum quasi corpus facientis Gymnasi regii et academic, curatores, tam insigne Dei, quod agimus, beneficium, solemnitate, sicut fas est, iubilaea, rite celebrari, eamque, a NOBIS, vi muneric, quo, hoc anno, fungimur, publice indici.³³⁾ Initium saecularium horum sacrorum faciet vir summe reuerendus atque celeberrimus, IOANN. ACHAT. FELIX BIELCKE, S. S. theol. D. et phil. M. S. R. M. Boruss. sacri, in Pomerania, senatus adseffor, synodi Palaeo-Stettinensis praepositus, templique collegiati Mariani pastor et theol. apud nos prof. primarius, sacro sermone habendo super Psalmo C,

D

31) in *Diff. historiam ecclesiae collegiat.*
S. NICOLAI Gryphisvaldensis, exhibente, adiecta etiam viri, post fata quoque, celeberrimi IAC. HENR. DE BALTHASAR Sammlungen einiger zur Pomerisch. Kirchen-Historie gehörigen Schriften, part. II. in app. §. 9.

32) Plura forte hanc in rem exempla dabit IO. GODOF. MOERLINI progr. de fide monumentorum sepulcral. veterum atque recentiorum. Altenb. 1707. quod iam non est ad manus.

33) Prima, quantum quidem NOBIS constat, haec est celebritas iubilaea, ab ullo Pomeraniae templo, ob foundationem suam, publice perfecta. Annales saltem nostri eccl-

sasticci, et, quae hic maxime facit viri iuris consultissimi DAV. THEOD. A BALTHASAR oratio, in iubilaeo acad. Gryphisvaldensis, publice dicta de variis iubilaeis, in primis in Pom. celebratis, insertaque der Geschichtre der Iubel-Feyer der Acad. Greifswald, über ihr den 17. Oct. 1756. erreichtes drey bunt dertiäbriges Alter, p. 189 - 200. nullum prorsus, hanc in rem, exhibuerunt exemplum. Eo maior sic omnino ea censenda, quae NOBIS, RECTORIS, hoc anno, munere fungentibus, contigit felicitas, solemnni ritu, indicendi atque publice celebrandi primum eiusmodi, in urbe nostra, vel in omni Pomerania iubilaem.